



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam
post Pentecosten

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Ars omnium artium quæstuosissima, est eleemosyna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44226

Lxx. 10. rali malo liberet, & quidquid caducum petierit, mus, indulget, atque in concupiscentijs nostris nos foceat. O seductionem pessinam! O formidandum bonitatem! Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.

Ecclesi. 2. Nunquam distingas confidentiam à timore, nec timorem à confidentia. Time ne nimis timetas quod non est timendum : & non satis timetas quod est vere timendum. Sicut times Deum si ille prorius confide quia sic timeretur, sic colitur Deus per fidem & confidentiam. Sic aperie Sapientis: Atentantes Dominum sustinet misericordiam eius, & non deflectatis ab illo, ne cadatis, qui timeritis Dominum, credite illi, & non evanescatur mer-

In 2. parte, Feria 3. Hebdom. 4. post Octavas Pasche.
Et accipiens septem panes gratias agens fregit & dabant discipulis suis, ut apponenter, & apposuerunt turbae, & manducaverunt & sati- rati sunt, & sustulerunt quod superaverat de fragmentis septem portas. Marci 8.

Opportunæ forent hæ Veritates Practicæ.

Si vis quod non habes, da quod habes.
In 1. parte, Dominicæ, 2. post Epiphaniam:

Nunquam melius homo sibi prospicit, quam si minus sibi prospiciens, totum se in Deum suaque omnia projicit.

In 1. parte sexto Decembris, paulò aliter ex pressis terminis:

Non tam spectatur quid dones in divinis, quam quid non dones.

In 3. parte, Feria 6. Hebdom. 8.

Quod præterum spectat Christus, non est quid ad se afferas sed quid à te auferas.

In 3. parte, Fer. 3. Hebdom. 13.

Arſ omnium artium quæſtuoſiſſima, eſt eleemosyna.

Homil. 33. ad Pop. CELEBRIMUM est S. Joannis Chrysostomi dictum, quod ut apertius appareat cum propositis Evangelij verbis convenire, præmitur debet illorum Patrum sententia qui hanc panum multiplicationem sensu quodam morali referrunt ad eleemosynæ compensationem & commendationem. Saturata sunt tanta millia, inquit S. Augustinus, & nihil minoratum est, & crevit eis cibeta, dum impenditur virtus, sic &

ces vestra. Qui timetis Dominum, sperate in illū, & in oblationem veniet vobis misericordia.

Videri possunt quæ de fiducia frequenter alibi proponuntur.

Vera fiducia confidenti nunquā infida.

In 2. parte, Feria 3. Hebdom. 4. post Octavas Pasche.

Non certius in spem itur quam contra spem,

In 3. parte, Feria 3. Hebdom. 7.

Ad hæc autem verba de acceptis & multiplicatis panibus:

In 2. parte, Feria 3. Hebdom. 4. post Octavas Pasche.

Et accipiens septem panes gratias agens fregit & dabant discipulis suis,

ut apponenter, & apposuerunt turbae, & manducaverunt & sati-

rati sunt, & sustulerunt quod superaverat de fragmentis

septem portas. Marci 8.

eleemosyna si indigenibꝫ erogetur. Sanctus item Cytillus Alexandrinus: Liberalitas nobis hoc miraculo commendatur, & quasi magna voce dicitur, quād plura dabis liberaliter, ac misericorditer, tanq; tibi pl. raliquis confluent. Nam & ait sanctus Leo: Ille qui in suis paſtitur quæ potuit augere dando, potest multiplicare sumendo. Et iurum sum: In omni hoc opere, illa intervenit manus. Iēsus deo quæ panem frangendo auger, & ergando multiplicat.

Cum hæc autem eleemosynæ virtus & efficia- cia varijs exprimi posse verbis & sensibus, tum quæ aucto illo ex ore proflixit Veritas de arte omnium quæſtuoſiſſima, convenientissime proponitur, & ex eodem facilimè declaratur: Si enim, inquit, artis est, ad aliquam utilitatem per- venire. Eleemosyna vero nibil est utilius: claram est profectio quod ars, & omnium artium est optima.

Talis autem ratio innotatio sic procedet planius, & in sua pattes distribuetur æquilius:

Illa est omnium artium quæſtuoſiſſima quæ mi- nori sumptu maiorem facit proventum.

Sed Eleemosyna minori sumptu maiorem facit proventum.

Ergo est ars omnium quæſtuoſiſſima. Nec proinde timendum ne quid inde rei domesticæ deteratur.

Quod sane motivum adjunctum alius plurimum valer ad exercitium bonorum operum.

Q. 3

clique

Serm. 1. de Iēsus deo.
Serm. 10. de Quadr.

Serm. 1. de Collectis. estque illud primum quod sic proponit S. Leo: Multa divinarum scripturarum testimonius edocemur, quantum eleemosynarum meriti, & quantas virtus. Certum est enim unumquemque nostrae anima sua benefacere quoties misericordia sua in opere succurrerit aliena. Prompta ergo & facilis, dilectionis apud nos largitas esse debet. Si credimus sibi unumquemque id prestare quod indigentibus tribuit. Quasi diceret, tamen si supponit ex scripturis multa & eximia quibus ad beneficentiam permoveatur, quia tamen inani jacturæ metu hinc retardamus, tollendus est iste metus, ut simul tollatur tarditas in largiendo. Tunc enim nihil erit quo minus prompta & facilis ejus evadat largitas, qui firmè semel sit persuasus nihil adeo sibi largitate sua desperare, ut potius multum accrescat.

Tob. 12. Cum autem in prima propositione nihil posset esse dubii, hoc unum ex secunda superest demonstrare, quod inter omnes artes eleemosyna minoris sumptu majorem facit preventum. Tres autem modi sunt quibus id patet: Primus est, cum eleemosyna tam certò promittitur regnum cœlorum, quam cœbō reperiæ habentur in scripturis hæc promissiones: Eleemosyna facit invenire vitam aeternam; Da pauperibus & habebis thesaurum in calo; FACITE vobis amicos de manna iniquitatis, ut cum desideriis recipiant vos in aeterna tabernacula. DIVITIBVS huius scilicet præcipite, facile tribuere, communicare thesauris, sibi fundamentum bonum in futurum ut apprehendant veram vitam.

Luc. 16. Qualis enim ille est, Deus immortalis, qualis ille pioventus, qui promittitur eleemosyna, quæ quando ex tota erum universitate confiatetur, quid tandem illa est terum universitas praeccelo potiendo, prævia consequenda æterna, præ regno beatorum possidendo? Tanquam momentum statere, inquit Deo Sapienti, sic est ante orbis terrarum, & tanquam guttavoru antelucani qua descendit in terram; At certè non exigunt totus terrarum orbis, ut cœlum promittatur & derur, non centesima, non millesima, non definita quælibet ejus portio petitur, sed quals illa cunque fuerit particula, vel unius frigidæ potus aquæ, quale quantumque est regnum cœlorum, huic tantillæ scilicet dæcepsaque totum promittitur, totum traditur, totum in æterna relinquitur sacerdolum possidendum!

Serm. 1. de Collectis. O mira providentia & bonitas Creatorum, exclamat S. Leo, ut uno facto duobus vellet esse succurrsum. Viro scilicet miserando & miserenzi. Nec

reticendum quod ait S. Petrus Chrysologus: Martru pauperi, Abraha filius est ubi quidquid pauper accipere, mox reponit. Thesauros cœlestes manus pauperi, quod suscipit ne in terra pereat reponit in cœlum, thesauros fate, inquit, vobis thesauros in cœlo; manus pauperi est gazophylacium Christi, quidquid pauper accipit, Christus acceptat. Da ergo homo pauperi terram ut accipias cœlum. Da numerum ut accipias regnum, da micam ut accipias torum. Da pauperi ut des tibi, quia quidquid pauperi dederis tu habebis, quod pauperi non dederis, habbis alter. Notanda certè sententia,

Secundò, quia forte dici posset non eleemosynæ sed alius simul infusis & acquisitis virtutibus, aut gratiis & sacramentis concedi beatitudinem, age videamus in peccatore vel infidele delitato prorsus omni alio promerenda beatitudinis utulo, quia potius multis iam nominibus sacerdotiorum reus, videamus inquit quid possit eleemosyna: videamus quidquid est utique quaque necessarium ad miserandum demandandi statum cum beato permotandum, illud posse ac re ipsa efficere. Quid illud tandem est? Enumera gradatim omnes quæ requirantur ad infidelem animam vel peccatricem, gratias & virtutes sive quibus præveniatur ad fidem, sive quibus adjuvetur ad resipescientiam, quibus confortetur ad perseverantiam, quibus exciteretur ad divinarum actus virtutum, & quælibet Christianæ mentis officia, quibus contra cunctos roboretur hostes: videbis ligiliatim omnia vel universim in Scripturis ita promitti & dati eleemosynæ, nihil prorsus illi ut negetur quod vel desiderari possit, vel concedi ad perfectè beatè vivendum.

Nisi avertire faciem tuam abullo paupere, sic Tob. 4. enim fieri nec à te avertatur facies Domini: quod medo posuerit, ita esto misericors: si multum fuerit, abundantanter tribues, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter imparvari stude. Præmit enim bonum sibi thesaurum in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non pasitet animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summō Deo, eleemosyna omnibus facientibus eam.

Ignem ardente extinguis aqua, & eleemosyna Eccl. 3. resistit peccati: & Deus profector est ejus qui reddit gratiam: meminit ejus in posterum, & in tempore casus sui inveniet firmamentum.

Pauperi porrigi manum tuam ut perficiatur Ib. 7. propitiatio & benedictio tua.

Eleemosyna viri quasi signaculum cū ipso, & gratia hominu quasi pupilla conservabit. Quasi sigil- luas

Iam esset, vel quasi syngrapha sigillo Dei obsignata, ut statu tempore, mercedem ei rependat.
Quod & consequenter confirmans. Conclude,
inquit, eleemosynæ in corde pauperis. & hac pro te
exorabit ab omni malo. Super scutum poteris, & su-
per lanceam adversus inimicum tuum pugnabis.

L. 29. ET alia multa sunt, inquit S. Augustinus, Di-
vini eloquij documenta quibus ostenditur multiū
valere eleemosynam ad extingueda & delenda
peccata; proinde illius quos damnaturus est, imo
plus illis quos coronaturus, solas eleemosynas im-
putabat tanquam dicens, difficile est ut si examinè
vos & scruter d. ligentissime facta vestra, non in-
veniam unde vos dannem sed ite in regnum: eis
rivi enim, & dedisti mihi manducare. Non ergo
iis in regnum quia non peccastis, sed quia vestra
peccata eleemosynis redemisti. Non certe magnis
eleemosynis, cum de cibo & potu ac similibus
eu liber obvijs expressa fiat mentio; magna ve-
ritate & multa redimuntur peccata, cum alioquin,
nisi factis eleemosynis redempta essent, sempit-
ternis fuissent in inferno luenda supplicijs.

Tertio denique quod supradictis additum,
valde illustrat propositam quæstionem, non cæ-
lestium modò rerum eleemosyna proventum fa-
cit maximum ex minimis quas largitur rebus,
quod certe multum est; sed ipsorum etiam tem-
poralium tantum advenit copiam commoda-
rum, quantum nulla possit ars alia suo compara-
re artifici. Quod quia vix credi posset, idcirco
pluribus & Scripturæ & Partes in eo sumiter de-
cernendo, insistunt,

Nec mirum quidem esset, si veteres tantum
scripturæ quæ carnali populo carnalia & tem-
poralia magis proponebant, istud adstulerent &
identidem inclamarent: *Quoniam Dominus re-
tribuens est & septies tantum reddet tibi:* Hoc est
multoties quam dederis; sed quis non miretur
coelstium & temporalium assecotem Dominum
de his etiam temporalibus loqui sic abundanter,

Ecclesi. 35. Date & dabitur vobis, mensuram bonam & con-
fertam & coagitatam & superessentiem dabunt
in sinum vestrum: eadem quippe mensura qua
mens fueritis, remetetur vobis. Quod & egregia-
simi iustitiae representabat Apostolus, *Qui par-
ce seminat parce & metet, & qui seminat in bene-
dictionibus de benedictionibus & metet.* Tū pau-
lo post: *qui autem administrat semen seminanti,*
& panem ad manducandum præstabit, & multi-
plicabit semen vestrum & augabit incrementa
frugum iustitia vestra.

SEMENT est eleemosyna, Divus ait Christos-
tus, quianon est sumptus sed reditus. Sic & S.

Augustinus: Fœcundus est ager pauperum, citò
reddit donatiibus fructum. Si vis esse mercator
optimus, facerat oratione egreditur, da quod non potes re-
tinere. S. etiam Leo: *Constat s. & o. Chriftiane lar-*
gitor, da quod accipias, sere quod metas, sparge
quod colligas, noli metuere diffundendum, noli de du-
bio suspirare provenientem. Substantia tua cum bene
erogatur augetur. Quamvis enim non habeas ni-
si quod accepteris, non potes tamè non habere quod
dederis. Qui ergo pecunias amat, & multiplicare o-
pes suas immodiicis optat augmentis, hoc potius fan-
ctu fœnus exerceat, & hac usurari arte ditescat.

Quæ plura de his videri possent, quia sunt ob-
via, prætermittuntur, satisque patet ex dictis
quod erat demonstrandum, talem inter omnes
artes esse eleemosynam quæ minori ex impensa
maiorum fructum referat, ac proinde magis esse
quæstuosam. Quod & plurimum confirmatur
ex his quæ afferit declarando suo dicto Divus

Chrysostomus; Et artium quidem secularium, *Homil. 33.*

inquit, unaquaque suum habet quod accepit meri- *ad Pop.*

rum, & rbi gratia agricultura pacit, textoria ve-
tit, iroq verò nec illa potest à semetipsa vobis
conferre. *Vi si libet, agriculturam examina primæ,*
nam nisi ligonem habuerit & vomerem, falcem,
securim & alia plura mutuetur: & carpentaria
ut aratrum pangat, & jugum pareat & plaustrum,
ut spicis excutiat: & coriariam ut & lorum fa-
ciat: & a disticatoriam ut & arantibus tauris sta-
bulum adficiat & serentibus agricolis domum: &
succitoriam ut ligna fecerint: & pistoriam: pos-
hac omnia nusquam apparebit. Similiter etiæ textori-
a, cum aliquid faciat, multas secum artes con-
vocat ut proposita secum expediant: quod si non
accederent, & manum porrexerint, hac quoque si-
militer ut illa remanebit inops. Et artium quaque
alteritas indiget artis: cum autem oporteat misere-
ri, nihil aliud nobis opus est, sed sola voluntas est
necessaria.

Quod si dicas quod pecunij opus est & habita-
tionibus & uestimentis & calceamentis: illa lege
Christi verbis que de vidua dixit, & ab angustia
desistit: licet valde sis pauper, & mendicantibus
pauperior, si duo minuta consulteris, totum expla-
sti: et si des parvum eum habens solum, ad perfectio-
nem artis venisti. Hanc itaque suscipiamus artē
& scientiam, & obeamus, melius est enim hanc
scire quam esse regem & diadémate coronari: non
enim est hac sola eius præcellentia quod aliarum
non indiget, verum & diversarum verum est
expeditioria & multarum quidem & omnigena-
rum. Domos enim edificat in calis semper man-
suras, & qui se consecuti fuerint, doçet q̄e inad-

Luc. 21.

modum immortalē fugiant mortem. & tibi the-
jauros donat qui nunquam affumuntur, sed omne
damnum effugium tam à latronibus quam à ver-
mibus & tempore. Si quis circa frumentorum con-
servationem hoc solum te docuerit, quid non reddi-
disses, ut inabsumptum multos annos posses conser-
vare frumentum? Ecce autem hac non in frumen-
to tantum, verum & in omnibus docet & quomo-
do parta. & anima & corpus indimuta, conser-
ventur ostendit.

Et quid opus est omnia particulatim dicere hu-
ius artis meritā? hac namque te doceat quomodo pos-
si similiū Deo fieri, quod est omnium summa bono-
rum. Vides quomodo non unum huius est opus sed
multa? Non alterius indigens artis domos adificat,
texit vestes, inabsumptos parat thesauros, facit ut
mors supereretur, diabolum cohobet, Deo reddit simili-
tes. Quid igitur hac arte fuerit utilius? Nam alia
quidem cum dictū & cum praesentis solvuntur vi-
ta, & morbo laborantibus artificibus nusquam ap-
parent. & eorum opera durare non possunt, & la-
boru indigent & laboria multi, & aliorum mille:
huc autem cum mundus praefererit maximè tunc
apparet, cum fuerimus mortui, maximè tunc corus-
cas & opera monstrat à se gesta, nec laborū indiget
nec altiorū huiusmodi cuiuspiam operationū: ve-
rum & agrotane te fructū assert & annis con-
fetti & ad futuram tecum vitam emigrat, nec un-
quam te disert. Hac & Sophistū & Oratoribus po-
tentiorē te efficit. Nam illi quidem in suis prae-
lentes artibus multos habent amulos: hac autem
pollentes, infinitos habent pro se orantes: & illi qui-
dem hominum assūnt iurib⁹, injuriam
patientibus exhibentes patrociniū, at frequenter
injuriam facientiō: huc autem Christi adflat
tribunali, non tantum patrocinans, verum & ipse
persuadens iudici, ut res patrocinium prestat, & pro
eo sententiam ferat: & licet milles peccaverit, co-
ronat & videntem promulgat. Ait enim Deus, da-
te eleemosynam, & omnia erunt munda.

E post multa: Hac quib⁹ ceterogas, illie sunt, re-
petitur mutuum, sc̄nū & debitum. Nam Chiro-
grapha tibi Deus se. ii, ait enim, qui miseratur ino-
pu, sc̄nērat Deo. Arrhabonem tibi dedit & vades
& hoc cum Deo sis. Quem arrhabonem? Praesentia
vite sensibilia, spiritualia futurorum primordia;
quid itaque differt & torpes, cum iam tan⁹ re-
periū & hac expectas?

Quo etiam illud ejusdem referas. Hic eruditio-
mūt magna in dandū eleemosynū largitatem ut-
tamur, quo datu parvis adipiscamur magna. Quo-
modo enim paria sunt, dic obsecro dare parum ar-
genti & obtinere peccatorum remissionem? Pascere
eūrientem, & in die illa horribili fiduciam sequi
Hom. 34.
& audire verba nulli regno conferenda, eūrīḡ in *Genes.*
adūstū mihi quod comedere. Et nonnullis inter-
iectis: ita, inquit, animaduertentes, ita respici-
mus pauperes quasi operarios qui occasione salutis
dare nob̄ posuimus & eu largiter, hilarique, prompti-
tudine cum eū communicemus.

Sanctus denique Prosper ubi agit de promis-
sionibus Dei & præsertim de ista Christi quæ
habetur *Luce* undecimo: Veruntamen quod su-
perest, date eleemosynam: Ecce omnia munda
sunt vobis sic accommodatæ concludit: O quam
breue compendio sumque sacrificium quod intrin-
secus atque extrinsecus totumque hominem mun-
dat; Tum inter varia quæ congregat eleemosy-
næ comoda, hac, inquit, fœnerat Deum, hac cō-
tinet regnum cœlorum; hac est quæ discernit agnos
ab hedi: hac est quæ ad dexteram collocat judicū;
hac angelū sociat; hac ex servis filios Dei fieri præ-
stat. Concurrit omni ex genere peccatores, concur-
rit omnes ex usiū erroribusque leprosi; concurrit
omnes quolibet flagitio maculati, atque immundi
pacientes: concurrit ad tam magnū compen-
diōsum, utileque sacrificium cum omni latitia offe-
rentes. Hilarem enim datorem diligit Deus. Prout
quicunque quod offerat, habuerit; hoc offerat munia.
Quod ita noster princeps sacerdotum instituit, ac-
cepimusque præ omnibus esse mandavit, ut usque ad
duo minutiæ calicemque aquæ frigida menjurae
huius perduxerit sacrificij pacem promittens, & si
hac defūt, hominibus bone u. luntatia.

Licet porro hæc ita sint & quamcumque
suis affecto rebus multum valere possint ad per-
suadendam in pauperes largitatem, quia tamen
ad hanc persuasionem divina est opus fide quæ
in multis est valde modicaj, idcirco quinimio re-
tum suarum, tenentur affectū, vix le persuaderi
patientur: unde & quibus Christus pacem & pi-
lices multiplicavit, i.e. erant, qui suis ita renun-
tiaverant ut omnium obliti de uno sequendo Chri-
sto vel de sua una salute negorianda moveren-
tur; quamobrem hæc opportuna etiam videtur
Veritas Practica: